Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



65

18

maledicto fili mi: tantũ audi uocẽ meã et pgens
affer que que dixi Abiit ille et attulit: deditq;
matri Paravit illa cibos sicut nouerat p̃rem illi
uelle: et uestibus esaw ualde bonis quas apud
se habebat domi induit eum: pelliculasq; edi: mm
caramedit manibus et colli nuda p̃texit Ded
pulmentũ et panes quos coxerat tradidit Cibus
illatis dixit Pater mi At ille respondit Audio
Quis es tu fili mi Dixitq; iacob Ego sum esaw
primogenitus tuus tuus ista sicut p̃cepisti mi
Surge sede et comede de venatione mea: ut be
nedicat mihi aia tua Rursum ysaac ad filium
suum: quomodo inquit tam cito inuenire potu
isti fili mi Qui respondit Voluntas dei fuit: ut
cito mihi occurreret quod volebam Dixitq; ysaac
Accede huc ut tangam te fili mi: et p̃bem utrum
tu es filius meus esaw an nõ Accessit ille ad p̃rem
Et palpato eo dixit ysaac Vox quidem vox iacob
est: sed manus sunt esaw Et nõ cognouit eũ: qa
pilosi manus similitudinẽ maioris expresserant
Benedicens ergo illi ait Tu es filius meus esaw
Respondit Ego sum At ille: affer mihi inquit
cibos de venatione tua fili mi: ut benedicat tibi
anima mea Quos cũ oblatos comedisset: obtulit
ei etiam vinũ Quo hausto dixit ad eũ Accede ad
me et da mihi osculũ fili mi Accessit et osculatus
est eũ Statimq; ut sensit vestimentor illius fra
grantiam: bẽdicens ait Ecce odor filii mi sicut odor
agri pleni: cui bẽdixit dñs Det tibi dñs de rore
celi et de pinguedine terre habundantiam frumẽti
et vini et olei: et seruiant tibi ppli et adorent.